

De leuitate iugi

Leuitas iugi domini. considerari potest ex paucitate illorum, quæ à nobis exigit. Ex multitudine auxiliorum, quæ ad executionem eius dominus tribuit. Ex quibus consequenter non modo leue, sed etiam iucundum redditur, & suaue. De primo aduertendum quod licet omnia, quæcumque possesimus viuendo, cogitâdo, loquendo, operando, teneremur pendere Deo, à quo habemus hæc omnia, & soli illi in omnibus seruire secū dum rigorem iustitiæ, sicut opus opifici, creatura creatori, seruus à morte redemptus suo domino, & redemptori, sicut denique mercenarius suo liberalissimo præmiatori, nihil hominis dominus tanquam pissimus pater nostram fragilitatem, & exiguam potentiam attendens, nequaquam (vt dicit Gerson in suo tripartito) requirit à nobis omne seruitium, quod secundum iustitiæ rigorem exigere posset, dedit quin potius certum numerum præceptorum, quorum obseruatio homini sufficere, quoniam ipse dominus illis contentus esse misericorditer decreuit, ac pro his modicis retribuere vitam sempiternam. Hinc Matth. 19. ait. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, quæ etiam specificando subiunxit querenti, quæ essent mandata, quæ seruari oportet volentē ingredi ad vitam. Non homicidium facias, non adulterabis, non facies furtū, non falsum testimonium dices, honora patrem, & matrem, & diliges proximum tuum sicut teipsum. Et licet ex debito iustitiæ nihil amare deberem⁹ nisi Deū aut creaturam propter Deum, quia (sicut dicit Aug. serm. 55. de verbis euangelicis) amandus est Deus vt si fieri potest, pro amore eius nos ipsos obliuiscamur, tamen plurima sub Deo amare cōcessit, & nos ipsi in multis seruire. Sic nostris necessitatibus subuenientis sex dies concessit, tantum septimū sibi sanctificari præcepit. Iusdē acquisitis vti cōcessit, & ita de alijs multis. Denique non præcepit dominus vt mundum relinquentes nihil possideamus, antra deserui, aut arcta monasteria requiram⁹, cor

pora nostra ieiunij, quotidianis micæ remus, cilicijs, & alijs dolorem in ferētibus affigamus, sicut dicit Chryso. in de cōpunc. cor. lib. 1. Non requirit De⁹ inquit ciliciorum pondus, neque oculi di inter angustias cellulæ, nec in obsecris antris, & tenebrosis federe iubet, sed quæ præcepit Deus quasi nihil laboris nihil afflictionis requirit. Si omnino placet transitoria delectationes experiri, iterum infirmitati nostræ condescendit, non carniū esum prohibuit, non potum vini, aut siccæ dummodo tamen debito moderamine, & sine scandalo fiat. De quo 1. Cor. 8. & 10. Sed nec ab omni concubitu abstinere præcepit virginitatem apostolus ait 1. Cor. 7. De virginibus præceptum domini non habeo. Et infra. Qui matrimonio iungit virg. su. bene facit, & qui non iungit melius facit. Sed & ieiunia, quæ ecclesiā instituit, modica sunt, non solū animæ, sed & corpori conueniētia, & hæc cum magna discretione qualitatum, & ætatum, & conditionum, ne vel in modo quo graualetur homo. Itaque neque mundum, nec mundi diuitias, nec carnis delicias, etsi hæc spernere tanquam viam securiorem, & pauciora impedimenta habentem consuluit, sed non omnino interdixit, quoniam & modum, ac metum vtendi eis sine salutis æternæ dispendio designauit. Ita amorem nostris, ac filiorum, amicorum, consanguineorum, aliarumque creaturarum quo aliquid præter Deum amamus, non simpliciter prohibuit, sed ne aliquid æqualiter Deo, aut plus quam Deum diligamus vetuit. Etsi quis in amore creaturarum excedit plus, quam oportet inhærendo, plus in eis, quam in Deo delectando, non imputat huiusmodi peccatum ad damnationem, si iniuria Dei sit citra transgressionem præceptorū de magna sua misericordia, licet omnem tale peccatum, quod per misericordiam Dei veniale dicitur de sua indignitate mortiferum sit, & ad mortem posset perpetuam iustissime imputari, vt late declarat Ioannes Gerson in de vita animæ, lectione prima. Sed & si quis

Moderatio ecclesiæ in ieiunijs, & abstinētijs.

1. Cor. 8. & 10.

1. Cor. 7.

quis